79 Halle/S

1433 quinque annorum

EUGENIUS. Episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Excellentissimum corporis et sanguinis domini nostri Jhesu Christi sacramentum quod appropinquante passionis eius
hora ipse signo precipuo quo nos dilexit amoris salubriter instituit eiusque commemorationem sacratissimam iugi mentis exultatione contemplantes ad hec inter singulos huiusmodi mercatos
sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus ut illi condignis assurgentes laudibus sua frequentius ad ipsius venerationem sacramenti corda dirigant et eo quo corporalis habent presentia salvatoris
matico fructus vite complectentes eterne celestia conscendant ipsum qui se nobis in edulium tribuit perpetuo conspecturi. Sane dudum pie memorie Urbanus papa iiii predecessor noster ad orthodoxe corroborationem
et exaltationem fidei digne et laudabiliter statuens ut de tanto sacramento preter illam que cotidie in ecclesia fieret annuatim memoria solemnior et spetialior haberetur et ad celebrandum eius tam excelsum tamque
gloriosum festum quintam post Octavas pentecostes feriam designans ac Christi fideles quoslibet ad colendum illud donis spiritualibus animare volens omnibus vere penitentibus et Confessis qui in matutinali offitio festi
eiusdem in ecclesia in qua illud celebraretur interessent Centum qui vero Misse totidem. et qui in primis ipsius festi Vesperis similiter Centum. qui autem in Secundis totidem Illis vero qui Prime. Tercie. Sexte None
et Completorii horarum offitiis pro qualibet ipsarum Quadraginta. eis autem qui per Octavas ipsius festi Matutinalibus Vespertinis Misse ac predictarum horarum offitiis interessent singulis Octavarum ipsarum diebus
similiter Centum. Et subsequenter felicis recordationis Martinus papa v. etiam predecessor noster fideles eosdem ad impendenda per venerationem Sacramenti huiusmodi potiora reverentie et devotionis exercitia firmare
cupiens singulis ex eis vere penitentibus et confessis qui et quotiens in ipsius Sacramenti pro festo Jeiunium vel loco illius aliud pium iuxta suorum consilia Confessorum opus facerent etiam centum. et qui premissis in
Ecclesiis in quibus illa celebrari contigeret offitiis interessent Necnon Episcopis et aliis Prelatis superioribus qui dictis offitiis libenter interessent si quominus eis in ipsis ecclesiis interesse possent pro consuetudinis suarum
dignitatum iuribus et alias tunc legitime impeditis pro Matutinali Ducentos et pro Misse offitiis totidem ac pro qualibet Vesperarum etiam Ducentos. Reliquarum vero videlicet Prime. Tercie. Sexte None et
Completorii festi Octuaginta. Rursus autem in quibuslibet Octavarum diebus pro singulis Matutinalium Missarum et Vesperarum similiter Centum necnon reliquarum horarum offitiorum huiusmodi Quadraginta. Illis
preterea qui processiones in quibus ipsum vivificum Sacramentum dicto festo iuxta prefactarum ritus ecclesiarum defferretur continuo secuti forent ac quibuslibet in festo et Octavarum diebus huiusmodi pro pace
et Tranquillitate ecclesie Missas devote celebrantibus per singulis ipsarum necnon aliis in eodem festo Eucharistie Sacramentum devote sumentibus etiam Centum singulis Annis. Profecto vice qualibet
eis qui dum Corpus dominicum Comunicandis defferretur infirmis illud cum incensso luminari precedendo vel sequendo venerarentur similiter Centum. et qui tunc illud alias devote secuti forent Quinquaginta dies de
iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxarunt. ac etiam ipse Martinus predecessor quod in festo et diebus Octavarum huiusmodi in Terris et locis ecclesiastico quavis auctoritate suppositis interdicto pulsatis
Campanis Januis quoque apertis et alta voce excomunicatis prorsus exclusis sed interdictis ut reconciliari citius studerent admissis et illis qui causam vel occasionem huiusmodi interdicto dedissent Altari
tunc nullatenus appropinquantibus Misse et offitia premissa licite celebrari possent auctoritate apostolica duxit concedendum. Nos vero quos interim ad summi apostolatus apicem divina Clementia provexit.
etiam pro frequentiori huiusmodi venerationis Sacramenti summis gestientes affectibus nostri partes ministerii salubriter impertiri necnon relaxationes et concessiones predictas apostolica volentes munimimus [illegible]
notioni fidelium committentes premissis per eundem Martinum predecessorem ut ut prefertur relaxatis diebus alios totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus subsequendos adiecimus per presentes. Et insuper
universos Patriarchas Archiepiscopos Episcopos et Alios Ecclesiarum Prelatos monemus et hortamur in domino ac eis per Apostolica scripta in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus et in remissionem
peccaminum iniungimus ut per se vel alios eorum subditos per singulas suarum Civitatum et diocesis ecclesias in dominica feria ac festum predictum proxime precedente salutaribus ad venerationem potissime sacramenti
huiusmodi monitis et exortationibus presentium quarum etiam tenor inter Matutinales festi dierum octavarum huiusmodi lectiones recitetur litterarum continentiam et effectum publicare et insinuare procurent
ut eiusdem Sacramenti suffragante misterio subditi et fideles ipsi spiritualium gratiarum [illegible] uberiori fulcimento [illegible] quinto. et [illegible] pro ipsis immolavit hostiam post huius vite cursum ad gloriam
perducantur eternam. Verum quia difficile foret huiusmodi litteras singulis exiberi Volumus et eadem Auctoritate decernimus quod ipsarum transumpto manu publica et sigillo alicuius Episcopalis vel superioris
ecclesiastice Curie munito tamque presentibus si originales exiberentur litteris plena fides adhibeatur et proinde stetur ac si originales littere forent exhibite vel ostense.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadragintesimo tricesimo tertio. Septimo kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Tertio.

Ego Conradus de Rezano Imperiali auctoritate notarius publicus [illegible] originales [illegible] domini Episcopi [illegible] et eius Episcopalis Curie [illegible] apostolicas sanctissimi domini nostri Eugenii pape quarti [illegible] Rome apud Sanctum
Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadragintesimotricesimotertio Septimo kalendas Junii pontificatus sui Anno tertio [illegible] originali [illegible] ascultavi [illegible]
[illegible] ibi [illegible] bulla [illegible] pape more Romane Curie [illegible]
[illegible] patris et domini domini [illegible] Episcopi [illegible] signum meum apposui [illegible] Episcopalis [illegible]
[illegible] sigilli appressione [illegible] ad corroborationem [illegible]

Morbio
6 (79)

Halle/S

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1797470671-19/fragment/page=0001
DFG

LXXX

Eugenius episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Excellentissimum corporis et sanguinis domini nostri Jhesu Christi sacramentum quod appropinquante passionis sue hora ipse signo precipuo quo nos dilexit amoris salubriter instituit [illegible]

[illegible]

Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo tercio Septimo kal. Junii Pontificatus nostri Anno tercio.

[illegible]

Merseb. 6 (79)

LXXIX

1433 [illegible] Roma

EUGENIUS Episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Excellentissimum corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi sacramentum, quod appropinquante passionis eius
hora ipse signo precipui quo nos dilexit amoris salubriter instituit, eiusque commemorationem sacratissimam iugi mentis exultatione contemplantes ad hoc inter singulos huiusmodi mercatos
sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus ut illi condignis assurgentes laudibus sua frequentius ad ipsius venerationem sacramenti corda dirigant et eo quo corporalis habet presentia Salvatoris
viatico fructus vite complectentes eterne celestia conscendant ipsum qui se nobis in edulium tribuit perpetuo conspecturi. Sane dudum pie memorie Urbanus papa IIII predecessor noster ad orthodoxe corroborationem
et exaltationem fidei digne et laudabiliter statuens ut de tanto sacramento preter illam que cotidie in ecclesia fieret annuatim memoria solemnior et specialior haberetur et ad celebrandum eius tam excelsum tamque
gloriosum festum quintam post Octavas pentecostes feriam designans ac Christi fideles quoslibet ad colendum illud donis spiritualibus animare volens omnibus vere penitentibus et Confessis qui in matutinali offitio festi
eiusdem in ecclesia in qua illud celebraretur interessent Centum, qui vero Misse totidem, et qui in primis ipsius festi vesperis similiter Centum, qui autem in secundis totidem, illis vero qui Prime, Tercie, Sexte, None
et Completorii horarum offitiis pro qualibet ipsarum Quadraginta, eis autem qui per Octavas ipsius festi Matutinalibus, vespertinis, Misse ac predictarum horarum offitiis interessent singulis Octavarum ipsarum diebus
similiter Centum. Et subsequenter felicis recordationis Martinus papa V etiam predecessor noster fideles eosdem ad impendendum per venerationem Sacramenti huiusmodi potiora reverentie et devotionis exercitia firmare
cupiens singulis ex eis vere penitentibus et confessis qui et quoties in ipsius Sacramenti pro festo Ieiunium vel loco illius aliud pium iuxta suorum consilia Confessorum opus facerent etiam centum, et qui premissis in
Ecclesiis in quibus illa celebrari contigerit offitiis interessent, Necnon Episcopis et aliis Prelatis superioribus qui dictis offitiis libenter interessent, sed quominus eis in ipsis ecclesiis interesse possent pro conservandis suarum
dignitatum iuribus et alias tunc legitime impeditis pro Matutinali Ducentos et pro Misse offitiis totidem ac pro qualibet vesperarum etiam Ducentos, Reliquarum vero horarum Prime, Tercie, Sexte, None et
Completorii festi Octuaginta. Rursus autem in quibuslibet Octavarum diebus pro singulis Matutinalium, Missarum et vesperarum similiter Centum necnon reliquarum horarum offitiorum huiusmodi Quadraginta. Illis
preterea qui processiones in quibus ipsum vivificum Sacramentum dicto festo iuxta prefatarum ritus ecclesiarum defferretur continuo secuti forent ac quibuslibet in festo et Octavarum diebus huiusmodi pro pace
et Tranquillitate ecclesie Missas devote celebrantibus pro singulis ipsarum necnon aliis in eodem festo Eucharistie Sacramentum devote sumentibus etiam Centum singulis Annis. Profecto vice qualibet
eis qui dum Corpus dominicum Communicandis defferretur infirmis illud cum incenso luminari precedendo vel sequendo venerarentur similiter Centum, et qui tunc illud alias devote secuti forent Quinquaginta dies de
iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxavit, ac etiam ipse Martinus predecessor quod in festo et diebus Octavarum huiusmodi in Terris et locis ecclesiastico quavis auctoritate suppositis interdicto pulsatis
Campanis Ianuisque apertis et alta voce excommunicatis prorsus exclusis sed interdictis ut reconciliari citius studerent admissis et illis qui causam vel occasionem huiusmodi interdicto dedissent Altari
tunc nullatenus appropinquantibus Misse et offitia premissa licite celebrari possent auctoritate apostolica duxit concedendum. Nos vero quos interim ad summi apostolatus apicem divina clementia pervexit
etiam pro frequentiori huiusmodi veneratione Sacramenti summis gestientes affectibus nostri partes ministerii salubriter impertiri necnon relaxationes et concessiones predictas apostolico robore munimus [illegible]
notioni fidelium committentes premissis per eundem Martinum predecessorem ut ut prefertur relaxatis diebus alios totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus consequendos adicimus per presentes. Et insuper
universos Patriarchas Archiepiscopos Episcopos et Aliorum Ecclesiarum Prelatos monemus et hortamur in domino ac eis per Apostolica scripta in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandamus et in remissionem
peccaminum iniungimus ut per se vel alios eorum subditos per singulas suarum Civitatum et diocesis ecclesias in dominica feria et festum predictum proxime precedente salutaribus ad venerationem potissime sacramenti
huiusmodi monitis et exortationibus presentium quarum etiam tenorem inter Matutinales festi dierum octavarum huiusmodi lectiones recitari litterarum continentiam et effectum publicare et insinuare procurent
ut eiusdem Sacramenti suffragante misterio subditi et fideles ipsi spiritualium gratiarum [illegible]beriori fulc[illegible]quirunt(?). et [illegible] pro ipsis immolavit hostiam post huius vite cursum ad gloriam
perducantur eternam. Verum quia difficile foret huiusmodi litteras singulis exhiberi volumus et eadem Auctoritate decernimus quod ipsarum transumpto manu publica et sigillo alicuius Episcopalis vel superioris
ecclesiastice Curie munito tamquam presentibus si originales exhiberentur litteris plena fides adhibeatur et perinde stetur ac si originales littere forent exhibite vel ostense.
Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadragintesimo tricesimo tertio Septimo kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Tertio.



Et ego Conradus de Rezano Imperiali auctoritate notarius publicus placentinus ac officialis [illegible] domini Episcopi placentini et eius Episcopalis Curie [illegible] litterarum apostolicarum sanctissimi domini nostri Eugenii pape quarti datarum Rome apud Sanctum
Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo tertio Septimo kalendas Junii pontificatus sui anno tertio [illegible] bulla in originali [illegible] ascultavi [illegible]
[illegible] bulla plumbea [illegible] domini pape more Romane Curie [illegible]
[illegible] patris et domini domini fratris Alexii ordinis minorum dei et apostolice sedis gratia Episcopi placentini [illegible] signum meum apposui [illegible] Episcopalis [illegible]
[illegible] sigilli appressione [illegible] ad corroborationem [illegible] premissorum.

Morbio
6 (79)